



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula LXXXII. Attestationis paupertatis pro iis, qui ob illam in Romana Curia dispensationem Matrimonialem impetrare intendunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

## FORMULA LXXXI.

*Facultatis assumendi informationes de veritate miraculorum.*

**D**Rodericus Dei, & Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus, ac Dominus Bracharæ, Hispaniarumque Primas &c. dilectis nobis in CHRISTO Reverendis N. N. & N. Salutem in Domino. Cum ad nostras devenit, in oppido N. nostræ Bracharensis diocesis, ad imaginem Beatissimæ Virginis Mariæ de N, nuncupatæ, à nonnullis diebus citra; magnum fieri concursum populi, sub eo prætextu, quod aliquot ibi edita fuerint, & indices dantur miracula, volentes ea qua possumus diligentia & sollicitudine, quemadmodum ex S. Concilii Tridentini decreto tenemur, de ipsorum miraculorum veritate inquirere, vobis de quorum solertia, pietate, & fide plurimum confidimus, committimus, & mandamus, ut ad locum superscriptum accedatis, assumpto vobiscum aliquo notario, omni diligentia, & indagine de præmissis informationes assumatis, & ad nos referatis, quid deinceps sentiendam sit cum Theologorum, & aliorum piorum virorum consilio deliberare valeamus. Dantes vobis harum serie facultatem quascunque cujusvis gradus & conditionis personas ad perhibendum super præmissis veritatis testimonium omnibus remediis de jure opportunis cogendi, ac late, im etiana

populi concursum, quatenus vobis expedire videatur, etiam per censuras Ecclesiasticas prohibendi, ac reprimendi, aliaque faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna. In quorum fidem &c. Dat. Bracharæ Augustæ die... mens. Ann...

## FORMULA LXXXII.

*Attestationis paupertatis pro iis, qui ob illam in Romana Curia dispensationem Matrimonialempetrare intendunt.*

**N**OS N. Vicarius generalis pro Illustissimo & Reverendissimo Domino D. Roderico à Cunha Archiepiscopo ac Domino Bracharæ Augustæ, Hispaniarumque Primas &c. notum facimus & attestamus, nobis constare per testes fide dignos, ac judicialiter examinatos N. & N. hujus nostræ diocesis esse pauperes, & miserabiles suæque industria, ac labore quotidiano victum querere, & hac de causa dictum N. non posse accedere ad Curiam Romanam, & pro veritate, & ad instantiam dictorum præsentis manu nostra firmatas, ac sigillo quo in similibus utimur, munitas fieri iussimus. Dat. Bracharæ Augustæ die.. Mens.. Ann.. Ego N. notarius Apostolicus subscripsi.

FOR.